

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et  
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -  
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum  
Scholasticis habent connexionem, declarantur

**Carleton, Thomas Compton**

**Leodii, 1659**

Sect. III. Sítne in hominis potestate, ut se faciat prædestinatum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13718**

eat, ut in physicis ostendi Disputatione vigesimā primā.

VI.  
Merita tan-  
dum in ini-  
tione, nisi  
possunt ma-  
teria.

Dices merita solum sunt priora in intentione, quatenus scilicet efficaciter à Deo præfiniuntur; ut sic autem possunt esse causa ut in executione detur eorum intuitu prima gratia. Contrà: merita, ut dixi, non operantur, nisi ut existentia, seu futura, sed per intentionem præcisè non sunt futura: nisi enim ulterior detur eorum causa productiva, non sunt futura, cum existentiam, seu futuritionem accipiante à causa, &, nisi hac possit, nunquam erunt futura.

VII.  
Causa vag-  
ae indeter-  
minata per-  
inde est ac  
nulla.

Dices: Ipso facto quod Deus interdat, seu efficaciter velit merita, necesse est velit aliquam causam, per quam producuntur, vult siquidem ut existat; ergo vult illa, quæ ad eorum existentiam sunt necessaria; sed aliqua causa ad hoc est necessaria: ergo. Jam vero quando ex vi aliquis causa videntur futura, mereri possunt in executione ut hæc potius causa eorum detur, quam alia. Sed contrà: redit namque prius argumentum: merita siquidem operari, seu movere Deum nequunt, nisi ut futura, seu existentia, sed ex vi cause vagæ existere nequeant, magis quam ex sola intentione, causa quippe vagæ existere nequit, multò minus operari. Contrà secundò: jam enim meritum non est causa simpliciter cur detur prima gratia, sed solum secundum quid, ut scilicet hæc potius detur, quam alia. Videatur Disp. 21. Phys. citata: argumenta etenim, quibus illuc contendo, mutuan prioritatem, ne divinus quidem dari posse in rebus physicis, hic eodem modo probant de moralibus. Sed de merito primæ gratia Disp. sequente, Sectione primâ iterum redibit sermo.

### SECTIO TERTIA.

Sitne in hominis potestate ut se faciat  
Prædestinatum.

I.  
Ceterum est  
non posse ho-  
minem me-  
rei primam  
vocationem.

**S**I per facere se prædestinatum intelligatur inerter primam gratiam, seu vocationem & auxilium præveniens, jam duabus hisce Sectionibus ostendum est, non esse in hominis potestate ut se faciat prædestinatum; neque enim operibus per vires naturæ factis, ut Sectione primâ contra hereticos declaravimus, neque meritis ex gratia procedentibus, ut præcedente Sectione diximus, hoc præstare potest, sed est merum donum Dei, gratuito nobis ex ejus beneficentia concessum.

II.  
Est in homi-  
nis potesta-  
te facere se Pra-  
destinatum.

His tamen non obstantibus, dico, in aliquo vero sensu posse hominem, suppositâ Dei gratia, facere se prædestinatum: ita Lessius Sect. 6.n.75. Arrubal Disp. 77. cap. 1. & alii, contra Vasquez 1. p. d. 92. Alarcon hic, tract. 3. Disp. 4. cap. 7. & alios nonnullos.

III.  
Efficere po-  
test homo, nō  
gratia ei da-  
ta sit gratia  
Prædestina-  
tionis.

Probatur: qui enim causa est cur gratia constituitur in ratione gratia prædestinationis, potius quam communis providentia, est causa cur prædestinatur: sed est in hominis potestate efficere ut gratia, seu vocatio, sit gratia prædestinationis: ergo: major videtur certa, gratia siquidem Prædestinationis denominatur formaliter talis à prædestinatione ultimâ, seu destinatione ad gloriam; qui ergo facit ut gratia illa, quæ independenter ab ipso datur, sit efficax, quod præstat, quisquis cum eâ concurrit & cooperatur, huc, inquam, est, simul cum divinâ gratia, causa

R.P. Compton Theol. Scholast. Tom. I.

cur prædestinatur, seu cur gratia illa extrahatur à ratione generali providentia, communis prædestinationis & reprobis.

Minor vero, quod scilicet in hominis potestate sit efficaciter ut gratia ei data sit gratia prædestinationis, probatur: in potestate siquidem cuiusvis est cooperari cum gratia, etiam finaliter: hoc autem si praefitet, per merita ex hac gratia provenientia, gloriam consequetur; sed hoc est facere se prædestinatum, seu efficaciter ut hac gratia sit gratia prædestinationis, & distincta a gratia sit reprobis; hi enim licet cum gratia ad tempus cooperentur, in fine tamen dehincunt, & eadem opera gratia in iis deficit à gratia prædestinationis.

A nobis itaque pendet, non quidem ut gratia illa, seu vocatio detur, sed ut data, sit gratia prædestinationis, cum quæ talis connotet conjunctionem cum voluntate dandi gloriam. Ad quam rem faciunt verba illa S. Petri Epist. 2. C. I. ut sit efficaciter v. 10. Magis satagit, ut per bona opera certam veram vocationem & electionem faciatis. Gratia ergo, seu vocatio juxta Apostolum, licet in donatione pendeat à solo Deo, ut tamen sit gratia prædestinationis, seu certò, vel ut vox græca sonat, firmiter inferens salutem, à nostrâ cooperatione pendet, & perseverantia. Cum ergo in cuiusvis potestate sit, ut per gratiam sibi à Deo datum salvetur, ita in eisdem etiam potestate est efficacere, ut Deus habeat voluntatem dandi ei gloriam, quod perinde est ac posse facere se prædestinatum.

Deinde, sicut in uniuscujusque potestate est, ut non prædestinatur; ita & ut, suppositâ gratia, contrario prædestinatur; contrariorū enim eadem est ratio. Ad quam rem accommodatissima sunt verba S. Prosperi ad objectiones Vincentii cap. 12. Illi, de quibus dicitur, ex nobis exierunt, &c. voluntate exierunt, voluntate cederunt, & quia prædicti sunt casuri, non sum prædestinati; etsi autem prædestinati, si essent reversi, & in sanctitate permanescerent: fuit etiam in corundem potestate, secundum S. Prosperum, ut prædestinarentur. Plura hac de re Disp. sequente, sectione primâ.

Dices: Deus gratiam illam dat etiam ut efficacem: cum ergo in tantum gratia per nos sit gratia prædestinationis, in quantum est efficax finaliter, & hoc modo detur à Deo, penes Deum solum est efficaciter ut sit gratia prædestinationis, & consequenter ut homo prædestinatur. Respondetur Deus hoc sensu dare gratiam ut efficacem, quod nimur in iis eam circumstantiis infundat, in quibus videt habiturum effectum. Totam ergo efficaciam in actu primo, seu vim operativam habet gratia à Deo, ut efficax tamen involvit, vel connat nostrum consensum secturum: cum ergo in hominis potestate sit, ut cum gratia cooperetur, vel non cooperetur, cum consentiat liberè, in hominis quoque potestate est, ut reddat gratiam efficacem, non quod hoc solus possit, sed à Deo adjutus, ita tamen, ut homo etiam ad hoc concurrat. Sic loquitur Apostolus 1. ad Corinth. 15. v. 10. Non ego, sed gratia Dei mecum. Et S. Augustinus: Qui, inquit, creari te sine te, non salvabit te sine te.

V.

SECTIO

IV.  
Openditur  
penes homi-  
num effe ut  
gratiam fa-  
ciat ipse gra-  
tiam Pra-  
destinatio-  
ni.

V.  
Non effe in  
nostrâ potे-  
state, ut gra-  
tia detur, et  
ut sit efficac-  
iter.

VI.  
Contrario  
rum eadem  
est ratio.

VII.  
Quo sensu  
Deus det no-  
bis gratiam  
ut efficacem.

Qua ratio  
ne ad homi-  
ne pendeat  
gratia effi-  
cacia.